Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26581
Copyright: Admont, Benediktinerstift

rectores ecclesiarum ut ea tanquam divina patrimonia in de-
fensione ecclesie suscipiant. et exerto gladio spiritus pira-
tores eorum et distractores tanquam dei contemptores canonica
severitate ferire non differant. Quod ego Ivo Carnotensis ecclesie
minister pio affectu confidens. omnia que procotto
plno quod situm est in castro Duno prope ecclesiam beate
marie magdalene a fidelibus collata sunt. vel in
futurum deo donante conferenda sunt. in tuitione
sancte Carnotensis ecclesie et nostram patrocinie suscepimus et pira-
tores eorum atque distractores ante tribunal eterni iudicis
exhibitos condempnandos esse denuntiamus. et in hac tem-
porali ecclesia sine cuius communione ad illam eternam perveni-
ri non potest. eos a corpore et sanguine Christi et eiusdem ecclesie
communione sequestramus. donec resipiscant. et Christi
patrimonium reformare humili satisfactione stu-
duerint. Conservantibus autem et idem Christi patrimonium am-
plificantibus. benedictio et pax a domino Ihesu Christo. qui cum
dives esset pro nobis pauper et infirmus factus est. ut nos
ditaret sua paupertate. et sanaret sua infirmitate.

Dilata prelata potestas aliquando debilitatur auctoritate.

Domino et patri suo Paschali regendi potestate summo pontifici. Ivo humilis ecclesie Carnotensis
minister. honorem ut patri timorem ut domino. Si quid
de me ad vestrum summe prelatum est ad sedem apostolicam.
oportet ut prime subsequatur cum legato Carthaginensi
fallax. que obiectis respondeat. et innocentiam meam
defendat. Super hiis litteras accepi a quodam adoles-
cente canonico ecclesie nostre. caractere apostolico signa-
tas. quas cum aperuisse et perlegisse. miratus sum quod ad sug-
gestionem cuiusdam adolescentis contra morem sedis apostoli-
ce littere ille sententiam dabant in absentem. cum vi-
delicet qui non fuerat auditus vel vocatus. Cum igitur de
huiusmodi vite possem conqueri. et plurimum disceptare ma-
lui tamen servare humilitatem obsequentis. quam in
arrogantie sollertiam differentis. Restat ergo ut ex-
cusem innocentiam meam. que domino teste hec est. et
meam conscientiam. Opponunt michi in littere ille. me di-
midiam partem cuiusdam prebende mee communitati
canonicorum contulisse. et eandem immunitatem regie
potestatis eisdem canonicis abstulisse. Verum ita
in ubi iterat. si aliqua falsitas est me ad apostolicam
sedem processit. oportet ut veritas subsequatur. que ex-
latebras noctis detegat et ordinem rerum gestarum lucide
aperiat. Super enim litteras accepi a quodam adolescente
canonico ecclesie nostre caractere apostolico signatas. Quas cum
aperuisse et perlegisse. multis de causis suspectas habui.
existimans eas aut esse furtivas aut aliqua fallaci
suggestione surreptas. Primo quia predictus adolescens
infestus est michi quod eum non permitto contra canones et conci-
liorum edicta per manum laicam in quadam ecclesia presbiterium
usurpare. et presbiteri oblationes presbitero oblatas suis
usibus mancipare. Alter vero clericus qui cum adolescente
fuit. et ipse michi infestus est. qui in hoc negocio nullus est.
quia canonicus non est. nec in conventu bonorum audiendus.
qui a me suspensus est ab officio diaconii. propter incestu-
m patratum cum uxore consanguinei sui. Hec de personis
interim dicta sint. Preterea consuetudinem apostolice sedis hac-
tenus nec legimus nec audivimus. ut ad delationem unius
persone quamlibet splendide sententia daretur in
absentem. precipue qui nec auditus fuerat nec vocatus.
Hec et quedam alia suspectas litteras illas michi fecerunt.
Verum quecumque innocentiam meam accusant. videlicet di-
midiam prebendarum communitati fratrum me contulisse.
et eandem contra canones immunitatem regie pote-
statis eisdem fratribus abstulisse. Cui calumnie respon-
deo ex testimonio conscientie mee in initio dici esse abla-
tum quod canonice probari non potest vel a me vel ab aliquo
eis fuisse collatum. nec esse restituendum quod probari
non potest aliquando fuisse statutum. Dicam itaque paterni-
tati vestre. quid dedimus. et quid non dedimus. et quod dedimus.
et quod decano nolumus dare volumus. Cum enim invenissem plebis
Carnotensium clericorum defecisse disciplinam regu-
laris observantia. ut de negligentibus facerem
diligentes. de somnolentis vigiles de tardis
assiduos ad frequentandas horas canonicas.
deliberavi apud me ut darem eis dimidiam
preposituram. ut inde fieret cotidianus panis quem
acciperent assidui. amitterent tardi. ut ad quod
eos panis interni dulcedo non movebat. panis
corporei refectio provocaret. quamvis anima
eorum prebenda eis ad hoc sufficiens esse deberet.
Certus tamen de preteritis eorum negligentiis. et sollici-
tus de futuris. precepi eis ut ad me mitterent
duos de clero illo. quibus missis commisi presen-
tes